



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De absolute ab excommunicatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Ad hæc facit, quod forum conscientie, & animæ plurimū differat a foro exteriori, siquidem plures traduntur passim differentie, maxime in cap. quia plerique de immuni. eccl. c. filij. de infam. 2. quæ in exco. de consuet. Bart. in extra. ad reprimendam. vel denunciam. ergo absolutio in conscientie foro obteta non prodeit in exteriori iudiciali foro.

Quarto hoc ipsum constat vel ex eo, quod absolutus in animæ iudicio, etiam penitentia peracta, potest in exteriori foro accusari, & puniri. gloss. in c. de his de accusat. cuius opinionem ipse probavi latius lib. 2. variat. Resolu. c. 10. num. 3. cum prior examinatio in conscientie iudicio præcipue fiat ad penitentiam & satisfactionem diuinæ offensæ: posterior autem ad publicam vindictam, & Reipublicæ satisfactionem.

Quinto his accedit stilus vetustissimus. Roman. Cur. qui dicitur, quod Roman. Pontifex non consuevit per liblegū, aut bullas confessoriarum sacerdotibus committere ea, quæ forum contentiosum concernunt, sed tantum ea quæ ad penitentiam forū, & conscientie purgationem spectant. huius meminit Paulus Parisius in cons. 67. n. 22. lib. 4. & deinde Ludovicus Gomez, in reg. Cancellar. de non iudicando iuxta formam applicationis, quæst. 14. num. 3. commemorans usum sacre penitentia apud Rom. curiam. Nam quoties petitur quid ab conscientie foro, & iudicium animæ interius pertinet: id negotium confessoriarum committitur, vt id expediat nullis testibus adhibitis, literis statim post eius perfectam actione laudandis, & dilacerandis. Nec vlla fit tunc compositio cū Romana curiæ Datario, pecuniaria quidem tunc fieri solet, & sit, quoties quo ad iudicium exterius, & contentiosum aliqua dispensatio, simile negotium in Romana curia expeditur. hæc plane Gomez. vt hinc lector percipiat quid referat, Apostolicas literas dari quo ad forum animæ, vel quo ad iudicium exterius, & forum contentiosum. Huius opinionis plurimum suffragantur ea, quæ in eadem fere controversia tradit Anton. Cordubens. in tract. de indulgentiis, quæ. 40.

His rationibus animum induxi meum, vt hanc opinionem in hac questione probarem, facillime admissurus cuiuslibet firmorem sententiam, & quæ his probationibus exelusus, fortioribus, & melioribus constet. etenim in re dubia nequaquam decet semel conceptis opinionibus ita contumaciter animo adherere, vt doctissimorum virorum iudicia reculare nitamur.

§. DVODECIMVS.

De absolute ab excommunicatione.

S V M M A R I A.

1. Absolutio simplicem petens, an videtur fateri, se excommunicatum esse.
2. Absolutio ab excommunicatione hominis, à quo possit concedi.
3. Episcopus an possit absolueri excommunicatum à Pralato inferiori.
4. Absolutio ab excommunicatione vici, & canonis, ab Episcopo regulariter datur.
5. Sacerdos parochialis, an possit absolueri ab excommunicatione maiori lata à vici.
6. Absolutio ab excommunicatione minori pertinet etiam ad presbyterum parochialem.
7. Absolutio ad cautelam, quando sit concedenda.
8. Absolutio ad cautelam, à quo iudice dari possit: & an à delegato Apostolice.

In hoc tandem tractatu de absolute excommunicationis breuiter agendum est, quis possit iure ordinario ab excommunicatione absolueri. qua in re duo sunt examinanda. Primum quidem de excommunicatione maiori: secundum de minori. & ad prioris partis intellectum distinguere oportet absolute simplicem, ab absolute, quæ ad cautelam concedi solet, & inde nomen habet: sicut iam in hac relectione distinximus obiter. §. 7. nu. 7. versicul. 4. conclusio. est enim absolutio simplex ea, quæ petitur, & datur ab excommunicatione, quæ vel iuste, vel iniuste vim habuit, & excommunicatum censuræ vinculo affectit, ac ligauit. Hic nec necessaria est omnino, & præmittit excommunicationem præcessisse, ac ligasse. qua ratione solet disputari, an petens absolute simplicem, videatur fateri se excommunicatum esse: & idem in eo dubium erit, qui absolute simplicem excommunicationis postulauit: cum in dubio ea petitio de simplici absolute sit intelligenda: vt in dicto §. 7.

diximus, & quibusdam visum est, petentem absolute non fateri, se excommunicatum esse, quod probatur autoritate glo. in c. exhibita. de homicid. in verbo, veniam, quæ allerit, petentem veniam alicuius delicti, non fateri se deliquisse, quam sequuntur Abb. Card. & Docto. ibi idem Card. & Abb. nu. 22. in cap. venerabilem. de electio. dicit esse singul. Alex. in c. 1. in princip. colum. 1. ff. de noui operis nunciatio. qui & in hac specie absolute ab excommunicatione idem senseret: & tenet præterea Innoc. in cap. cum dilectus colum. 3. de ordin. cogniti. Cardin. in cap. perpendimus. col. 2. isto titu. Felin. in cap. literas. nu. 19. de præsumpt. idem Felin. in cap. dilectus colum. 3. de ordin. cogniti. Rota in antiquis. 330. Iaf. in l. decem. num. 48. ff. de verborum obligation. quorum opinio eam rationem habet, quod petens absolute ista ex humili corde ad cautelam, videatur eam petiisse propter dubium aliquod, quo eius animus vexatur, an sit excommunicationis censura ligatus: atque ideo ex hoc non debet adsumi eiusdem confessio ad probationem, quod vere sit excommunicatus: quemadmodum ex proxime dictis apparet. quicquid autem sit de hac controversia: minime probat hanc opinionem glo. in dict. c. exhibita. cum ea tractet de venia, quæ petitur ad cautelam: quo quidem casu manifestum est petentem hanc veniam non fateri se deliquisse, imo contrariam sententiam, quod petens absolute videatur fateri se excommunicatum esse, tenet Bart. in dict. l. decem. col. 2. in glo. in verb. postulat. & ibi Hostien. per eū textum in dict. cap. venerabilem. & post eum Imolidem Imola, Præposit. & Franc. in c. ad presentiam de appell. Ioan. Faber. in §. vltim. instit. de ingenuis. quorum opinionem Commune esse fatetur Præposit. in dict. c. ad presentiam. & his primum suffragatur textus in dict. cap. venerabilem. qui tamen mihi non ita fortis esse videtur, vt quidam existimant. nam præter alias responsiones, quæ à Panormi. traduntur, ipse video in illius ca. responso non censi probatam excommunicationem ex sola petitione absolute, sed ex ipsa facti veritate, quæ ipse Romanus Pontifex refert, & in adminiculum, & maiorem vim commemorat, ipsum reum cognouisse, lata à sede Apostolica excommunicationem, dum absolute petiit per nunciatum, quali minime negare potuerit, imo cognouerit, quæ contra ipsum acta fuerant, & erant plane manifesta. Secundo his accedit, quod liberatio præmittit obligationem dict. l. decem c. 2. ad dissoluendum. de despon. impub. ergo absolute supponit excommunicationem: & eam petens fateri, se excommunicatum esse. sed hæc ratio non omnino probat: siquidem hæc argumentatio procedit à quadam præsumptione, quæ iure deducitur ad id, quod contrarium præcesserat ex eo, quia illud tollitur: non quod vere semper constat, nisi in naturalibus, & certis naturaliter. etenim si vere abscessit est Petro manus, sequitur omnino, & vere, Petrum habuisse manus. at in his, quæ natura certa non sunt, sed iure inducta, non constat argumentatio ex priuatione ad habitum, nisi præsumptione. liberatio siquidem instituta est ad tollendam obligationem: nec tamen naturali certitudine constat, eam semper fieri obligato: possibile sane est, quod facta sit non obligato. verum quia ius præmittit eam quo ad tollendam obligationem ad hunc effectum eam inducens: oritur argumentatio præsumptione quadam sufficiens, non autem omnino certa, quod liberatus prius obligatus fuerit. sic denique non est probata vere, & plene, sed præsumptione quadam iuris excommunicatio ex eo, quod quis fuerit ab ea absolutus. ita ipse colligo ex his, quæ late tradidit Bartol. & Docto. in dict. l. decem.

Tertio opinioni Barto patrociniatur, quod appellatione absolute in dubio simplici est intelligendum glo. in c. capitulum. de rescript. cuius nos mentionem fecimus in dict. §. 7. igitur petens absolute ab excommunicatione, simplicem petere videtur: quæ tamen non datur, nec dari solet, nisi his, qui sunt excommunicatione ligati. sed & hæc ratio eandem responsonem habet, quam præcedens, præsertim quia, etsi verum sit, semel excommunicatum, necessario indigere absolute (cum aliter excommunicatio tolli nequeat) non tamen ex contrario sequitur, absolutum ab excommunicatione, fuisse excommunicatum, etiam si absolutio fuerit simplex: cum plerumque solet peti ad tutiorem animæ salutem, & in dubio, an sit quicquam excommunicatus. illud. de cleric. excommu. ministr. Quam obrem ipse arbitror, duo vel tria esse omnino hic separatim adnotanda.

Primum

Primum illud nihilatis probabile est, quod per absolutionem, etiam simplicem, minime probata sit excommunicatio: idque verum esse censeo secutus Rotam in antiquis. 330. nam et si absolutio necessaria sit ad tollendam excommunicationem, cum vere ea precesserit, non tamen hinc assumi debet efficax probatio, quod excommunicatio precesserit, si de ea non aliter quam ex absolutionis presumptione constet.

Secundo obseruandum est, minime fateri se excommunicatum fuisse, qui obiciens excommunicationem responderit, se absolutionem obtinuisse. hoc probatur ex *reg. exceptionem de reg. iur. & c. cum venerabilis de excepti. nō enim fatetur exceptionem obiciens: maxime, quia hic non fatetur à se petitam fuisse. hoc ipsum in specie not. Bar. Communiter receptus in d. l. decem. deinde idem constat ex eo, quod per absolutionem excommunicatio probata non sit, ut modo asseuerauimus.*

Tertio, si quis absolutionem simpliciter petat, aut absolutionem simplicem postulet: non videtur vere fateri se excommunicatum: tamen ex hac petitione presumi possit quaedam excommunicationis confessio, & quandoque vera ipsius excommunicationis, ac legitima probatio ex vi confessionis expressa. etenim ubi quis asserat, se excommunicatum fuisse, dicat tamen iniustam esse excommunicationem, plane fatetur petens ab ea absolutionem, se excommunicatum esse: cum, ut superius respondimus, excommunicatio iusta ipsum excommunicatum ligauerit, & censuram vinculo affecerit. at si simpliciter petierit quis absolutionem ab excommunicatione, non poterit inde assumi certa confessio excommunicationis, sed tantum presumpta, quae in rebus maximi praedicti probationem plenam abique aliis adminiculis non constituet, atque ita, contrarias hac in questione sententias conciliandas esse, opinamur.

Quis autem possit absolvere ab excommunicatione maiori per simplicem absolutionem: duas continet partes, quarum prior de excommunicatione lata ab homine: posterior de lata à iure tractabit. in priori specie regula est constituenda, ut si possit ab excommunicatione absolvere, qui eam tulit, vel eius superior, ubi superioris, ac iudicis partes potest exercere, non alius. sic etenim Episcopus absolvit ab excommunicatione per eum lata: vel Archiepiscopus in casibus, quibus iurisdictionem propriam exercere valet inter subditos suffraganeorum: aut denique ipse Papa text. in e. per tuas. & a sacro. extra isto tit. ca. venerabilibus. in princip. & in totius capit. responsis. eod. tit. notant ibi Doct. S. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. & ibi Palud. qu. 5. art. 2. late Syluest. in verb. absolutio. qu. 1. nota. 2. Hostien. in summa huius tit. §. de excommunicationis absolutione.

Imo poterit Episcopus absolvere ab excommunicatione eum, quem Praelatus inferior excommunicauerit: & licet in qua sit haec absolutio data non requisito ipso excommunicatore, valet tamen, & tenet, quia iurisdictionem habet Episcopus ad absoluendum, quod not. gl. vul. in cap. cum ab ecclesiarum prelati. de offic. ordin. quam sequuntur ibi Abb. Imol. & Docto. asseuerantes hanc opinionem communem esse. Eandem sequitur Bald. in l. si ut proponis in t. C. quomod. & quand. iud. colum. vlt. iurisdictione etenim competens in aliqua dioecesi Praelato inferiori, ita est accipienda, ut minime prius Episcopus ordinaria iurisdictione, quam habet, sed ei accedat, ut aiunt accumulatiue, ad hunc effectum, quod Praelatus inferior possit hac iurisdictione uti, sicut & Episcopus, sitque inter eos praeventio locus, quam opinionem tenet, ac praemittit gloss. in dict. capit. cum ab ecclesiarum prelati. notant Abb. in capit. dilecti. in 3. de appellat. colum. 3. & idem Abb. Imol. & Bal. paulo ante citati. quorum opinio communis est: ut constat ex adductis per Felin. in capit. postorali. in princip. de offic. ord. & fatetur Carolus Ruin. in capit. 7. num. 6. lib. 4. cui suffragatur text. in cap. per hoc de heretic. isto lib. & in l. vltim. C. de iurisdic. omnium iudic. Bartol. per text. ibi. l. 1. C. de offic. praesert. vrb. notat Panor. in cap. ceterum. de iudic. ad idem optimus text. in authent. de defensoribus ciuitat. in princip. tamen aduersus hanc opinionem communem plures teneant, quos refert & sequitur Dec. in dict. capit. ceterum numer. 5. & Carol. Ruin. in dict. consil. 7. praecipue opinionem communi contrariam tenet gloss. in dict. capit. postorali. in principibus Maxime in iurisdictione per praescriptionem acquisita, quidam existimant ex ea gloss. quod ea competat inferiori Praelato, qui praescripsit in priuationem, & exclusionem Episcopi. Quod probari videtur in cap. auditis. de praescript. ubi Panor. hoc tenet, & col. idem Panor. in cap. irretractabili. §. excessus. colum. 1. eum text. ad hoc inducens. de offic. ordin. eandem sententiam sequun-

tur idem Abb. & Felin. col. 3. in dict. capit. postorali. Franc. Balb. in tract. praescriptio. 5. part. princip. 1. part. q. 1. Cald. consil. 2. de praescript. & tamen etiam in iurisdictione per praescriptionem quaerita, quod ea priuatiue non competat, sed accumulatiue, probare conantur, & verum esse censent Io. And. Host. Ant. & Imol. in d. cap. postorali. quorum opinio propter auctoritatem tantorum virorum seruabitur in praesens: ut testatur Panor. ibi & profecto magis communis est, si consideremus ea, quae tradit Henric. in eo capit. postorali. tamen si dubio procul procedens, ac prior in hoc sententia sit admittenda, ubi praescriptio ita fuerit inducta, quod Episcopus exercere volens propriam, & ordinariam iurisdictionem prohibitus sit à Praelato inferiori. Et haec de inferiori iurisdictione habente, qui tamen Praelatus sit secularis. Nam de Praelato regulari alia est obseruanda distinctio iuxta text. gloss. & Docto. in c. quanto. de offic. ord. Abb. in e. si quis contra clericum in reperi. in 2. q. 2. in cap. cum contingat. n. 21. de foro compet. & in c. cum ab ecclesiarum prelati. 3. col. de offic. ord. Nihilominus ipse dubiū esse opinor opinionem gl. in d. c. cum ab ecclesiarum prelati. quod ad absolutionem excommunicationis, tum propter ambiguum huius principalis questionis definitionem, tum etiam ex eo, quod praeventio cognitionis causam ipsam ita deferat ad inferiorem Praelatum, ut eo cognoscente, nulla sit quo ad eam causam apud Episcopum iurisdictione. ubi capimur. ff. de iudic. sic in specie not. Palud. in 4. sent. dist. 18. q. 5. art. 2. vers. 3. licet opinio nem gl. asserat communem esse secutus eam Syluest. in verb. absolutio. 2. in princip. idem tenet Ioan. summa confessorum, in 1. q. 94. Regia l. 4. tit. 9. part. 2. & 1.

Absolutio vero ab excommunicatione lata iure ipso Pontificio, aut synodico petenda omnino est apud eum, cui constitutio ipsa eam referuauerit. Quod si us ipsum nulli absolutionem referret: tunc regulariter Episcopus absolvere poterit. text. celebris in c. nuper. sio. tit. quem ad hoc propter alios inibi edere ex eo colligentes, dixere singularem esse Card. ibi. Barb. in cap. 2. de solut. & in d. ca. 1. col. 5. de offic. deleg. not. Abb. in e. gratie. col. vlt. de prebend. late Felin. in d. ca. postorali. §. praeterea. de offic. ordin. idem Felin. & Deci. post Abb. in e. §. clericus. §. vlt. de iudi. notant & alii plures, quorum meminit Henric. Bottgus de synodo. 2. part. art. 5.

Et procedit haec communis opinio etiam in excommunicatione lata per constitutionem inferioris, confirmata tamen per Romanum Pontificem, nam & ab hac poterit Episcopus absolvere, quod manifesta ratione deducitur. siquidem poterit Episcopus absolvere ab excommunicatione lata per canonem Romani Pontificis: ut in dict. capit. nuper. apparet. Igitur & ab ea, quae lata sit per constitutionem inferioris alicuius, etiam si ea constitutio fuerit confirmata per Romanum Pontificem, & in specie hanc extensionem probatur Bald. in prohemio. Rex pacificus. Ias. in amore. col. 6. ff. de iurisdic. omnium iudic. Henric. in cap. ex frequentibus. & ibi Card. 4. opposit. Abb. col. vlt. de iustit. idem Card. in Clem. 1. §. si quis. q. 5. de reb. ecclesi. Fel. in d. §. praeterea. Quorum ratio communis est, & in hoc tendit, quod confirmatio Romani Pontificis non tollat ordinariam iurisdictionem. c. 1. & 2. de confirm. vili vel inuili. Nec oberit gl. in d. cap. ex frequentibus. verb. confirmantes. ut statim apparebit.

Secundo isthaec regula, quae in d. cap. nuper. traditur, etiam obstat in excommunicatione lata per hominis, & iudicis sententiam, quae generalis sit. Etenim absolutio potest ab Episcopo dari, si non fuerit alteri referuata. Quod in specie adnotauit Imol. in dict. c. graue. col. 4. de prebend. licet sit sententia lata per Romanum Pontificem, quia cum generalis sit in pluribus equipollet canoni, & statuto, sicuti explicatur in c. nuper. in 1. extra. isto tit. idem quod Imola tenent Henr. in dict. capit. ex frequentibus. Idem Henr. post Hostien. & Io. And. in capit. excommunicamus. in 1. de heretic. Quibus suffragatur text. in d. capit. ex frequentibus. quo in loco gl. vltima sentit contrarium, quae si velit, non posse absolutionem in hoc casu dari ab Episcopo, nisi specialiter ea sit Episcopo permessa, quemadmodum in eo capite expressim permessa fuit. & praeterea Abb. in d. capit. graue. Cardin. in dict. capit. excommunicamus. & Felin. in dict. §. praeterea. hanc opinionem, quae Imola tenuit, falsam esse censent tenentes, Episcopum non posse absolvere ab excommunicatione lata per generalem sententiam hominis. idem notat Caietan. in verb. Absolutio ab excommunicatione. & Ioan. in summa confessorum, libro 3. tit. 33. quaestio. 88. Mihi potius placet prior sententia ob generalem per missionem text. in dict. capit. nuper. Et quia admodum similis est generalis sententia statuto, aut episcopali constitutioni. Nec urget aucto-

tas glo. in d. ca. ex frequentibus. ea etenim procederet, quando excommunicatio fuit lata ab homine, & confirmata per Romanum Pontificem. quia ab ea Episcopus absolute non potest, nec ququam alius, quam ipse excommunicator: atque ita intellexit illam gl. Panor. ibi. col. vlt. Roman. in cons. 37. & in d. §. praterea. a quibus libenter querat, an loquantur in excommunicatione lata per hominis sententiam sicut in excommunicatione lata per Papam confirmata, si valeant: & huius absolutio siue sit per Papam confirmata, siue non, ad neminem pertinet prater excommunicatorem. Antequam loquantur in excommunicatione lata per generalem sententiam hominis, & tunc parum oberit potestati Episcopi ordinaria confirmatio Romani Pontificis. Nam si verum est opinio Imola, sicuti potest Episcopus absolute ab ea excommunicatione lata per statutum confirmatum à Romano Pontifice, ita poterit ab excommunicatione lata per generalem sententiam hominis ab ipso Papa confirmata: cum hac similia sint. Idcirco parum confirmatio Romani Pontificis hac in specie operabitur, siue sequatur, opinio Imola, siue contraria. Qua ratione superest, quod omisit opinio glo. in d. ca. ex frequentibus. ibidem est text. satis vtriusque pro Imola opinione. Et fortassis confirmatio Pape in sententia speciali hominis hunc habet effectum, quod tunc minime admitti debeat dubia sententia gl. in d. c. cum ab ecclesiam prelati. cuius paulo ante meminimus.

Tertio hec regula communis adeo vera est, ut Episcopus tantum possit absolute ab excommunicatione iuris absolutio nemine referuntis, quod sacerdos proprius curam animarum habens nequaquam valeat hanc absolutio nem à maiori excommunicatione concedere: sicut notat gl. communiter inibi recepta in cap. 2. de penit. & remiss. isto libro. text. opti. in Clem. 1. de privileg. in princip. & extra. au. 1. §. obseru. ad. tit. de priu. inter communes. Panor. & Fel. in c. 2. in cau. per. extra. isto tit. Fel. in d. c. pastoralis. §. praterea. colum. 3. Imol. in d. c. ab excommunicato colum. 5. de rescrip. Quorum opinio plures auctores habet ex iuris Pontifici professoribus, quos prater Felin. refert eos secutus Henr. Bortius in tractat. de synodo. 3. par. artic. 5. idem ex Theologis tenet Biterren. in opere de excommunicatione & interd. Durandus in 4. sent. dist. 18. quest. 4. artic. 2. & Palu. ibi. quest. 5. art. 1. Biterreni secutus, idem tenet in excommunicatione lata per canonem concilij generalis, aut Rom. Pontificis. Huic opinioni adimplatur, quod absolutio excommunicationis ad iurisdictionem fori exterioris pertinet, ut constat: quam sacerdos curam animarum habens nequaquam exercere potest: cum ea careat omnino. Nam pari iure censeri debent excommunicatio, & absolutio i. verbum de penitenti. dist. 1. igitur & absolutio non potest competere ab excommunicatione ipsi sacerdoti curam animarum habenti, ubi de maiori excommunicatione agendum est.

Contraria sententia in specie tenet Innoc. & Hostiens. in d. cap. super. S. Tho. 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. Syluest. in verbo, Absolutio. 1. q. 5. Ang. eod. verb. §. 2. Ioan. in summa confessorum, lib. 3. tit. 33. q. 83. & est communis opinio, ut fatetur eam secutus Ioan. Maior in d. c. 1. 3. q. 2. dub. 3. quorum ea est resolutio, ut ab excommunicatione lata iure Pontificio, vel episcopali, etiã si maior sit, possit sacerdos parochialis absolute, nisi fuerit in specie alteri reseruata. idem probat Palu. in excommunicatione lata per Episcoporum, & aliorum quorumcumque inferiorum constitutiones. Huic opinioni plurimum accedit text. in d. c. cum per. nam etsi ea responsio loquatur in absolutio ne ab excommunicatione minori: Attamen ratio generalis illius text. probat, parem esse potestatem absoluendi ab excommunicatione iuris, Episcopi scilicet, & presbyteri curam animarum habentis, ut si absolutio à iure non sit alicui expressim reseruata, competat Episcopo, vel presbytero parochiali. vnde cum par sit ratio, constat presbyterum parochialem posse ut Episcopus potest absolute ab excommunicatione maiori lata per canonem, etiam Pontificum nulli reseruante absolutio nem, præsertim, quod ab illius responsio deducitur, & non alitnde comunis Panor. & aliorum opinio. ideo in rigore disputationis satis defendi poterit hæc posterior Theologorum sententia: tamen communis praxis priorem receperit, & possit contendere text. in d. c. super. intelligendum fore in absolutio ne ab excommunicatione minori quo ad sacerdotem parochialem, & quo ad Episcopum in absolutio ne ab excommunicatione maiori prater distinctionem iurisdictionis.

Excommunicatio minor regulariter tollitur absolutio ne

sacerdotis curam animarum habentis, & qui proprius est ipsius excommunicati presbyt. text. in d. ca. super. qui est intel. ligendus de excommunicatione minori lata à iure ipso, etiam Pontificio sedis Apostolica. Quæ quidē Opin. Communis est in d. ca. super. notat post alios summorum auctores Syl. verb. absol. 1. 2. notab. & alii, quorum meminit Henric. Bortius in tract. de synodo. 3. par. artic. 5. idem responderunt S. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. vlt. & ibi ceteri Theologi.

Illud vero est obseruandum, an possit ab excommunicatione minori lata à iure absolute sacerdos quilibet, etiam si is non sit proprius ipsius excommunicati parochus: Nam Caieta in opusculis, questione vnica, de ministro penitentis in hanc inclinat sententiam, ut existimet, alium, quam sacerdotem parochialem, absolute non posse à minori excommunicatione, etiam ob peccatum veniale iure indicta, quia absolutio excommunicationis iurisdictionem exigit, quam in hunc excommunicatum non habet alienus sacerdos: licet is possit alteri subditum à venialibus peccatis absolute: ut Communis docet Opin. deinde, licet concedamus, quælibet sacerdotem ipso quidem iure diuino, vel humano habere iurisdictionem ad præstandam absolutio nem sacramentalem à venialibus peccatis, quod concedendum est: non inde sequitur necessario, eundem habere iurisdictionem ad tollendam excommunicationem minorem propter venialia peccata inflictam. Differt etenim multum absolutio sacramentalis peccatorum venialium ab absolutio ne excommunicationis minoris: quæ sacramentalis non est, & vinculum tollit distinctum à peccatorum, etiam venialium culpa, & nexu, sicuti & absolutio à peccatis mortalibus satis differt ab absolutio ne excommunicationis maioris, cum absolutio ab excommunicatione requirat iurisdictionem fori exterioris: absolutio autem à peccatis exigit tantum iurisdictionem fori interioris, & animæ. Quibus equidem rationibus comunis sententia admittenda videtur adhuc in absolutio ne ab excommunicatione minori, quæ peccati venialis ratione ligauit excommunicatum, ut is non possit absolui ab alio sacerdote, quam eo, qui proprius sit, quod etiam comprobatur ex eo, quod frequentissime minor excommunicatio iure indicta est ob venialem culpam: ut notatur in cap. sacris. de his, que vi. Et tamen hæc regula comunis omnium consensu constituta est, quod ab excommunicatione minori lata à iure absolute non possit quilibet sacerdos: sed tantum is, qui curam animarum habet, & parochus est ipsius excommunicati. Nec me latet, Martinum Azpilcueta virum qualibet laude dignissimū, Caietani opinionem improbasse in c. placuit. de penit. dist. 6. inno. 25. ratione profecto subtili, quam lector perpendat necesse est, ut in hac controuersia iustiore & veriore sententiam eligat.

De absolutio ne excommunicationis, quæ ad cautelam dari solet, illud est prænotandum, quod allegans, se iniuste fuisse excommunicatum, plane fatetur, excommunicationem eum ligasse: & ideo non est audiendus, donec absoluitur: simpliciterque absoluitur seruata iuris Pontifici forma. At qui allegat excommunicationem nullam fuisse, quia lata post appellatio nem, aut errorem manifestum habere, & petat absolutio nem ad cautelam, absoluendus equidem est non simpliciter, sed ad cautelam: hæc probantur in cap. solet. sup. isto tit. & notantur in cap. per tuas. extra. eod. & in cap. cum contingat. de offic. delegat. conceditur autem hæc ad cautelam absolutio ex quadam iuris benignitate, & gratia: cum excommunicatus absolutio nem minime petat simplicem humiliter confessus, se excommunicatum: imo potius negat excommunicationem: atque ideo rigore quodam non erat absoluendus, sed admittendus ad probationem eius quod allegauerat: sicuti probatur in d. c. cum contingat. & in d. c. cap. per tuas. quo in loco asserit summus Pontifex Apostolicæ sedem consueuisse, hunc ad cautelam absolute. Sed iam hæc benignitas sedis Apostolicæ ordinaria est, ut constat in dictis constitutionibus. Et in c. venerabilibus. §. sed si ex causa ist. tit. quam obrem breuiter hoc in loco ad hanc questionem aliquot adnotabimus.

Primum non tantum esse absolutio nem ad cautelam concedendam, cum excommunicatio dicitur nulla ex causa erroris intolerabilis, vel ex eo, quod lata sit post appellatio nem legitimam: sed & quoties nulla dicitur ex defectu iurisdictionis, aut ex aliis similibus causis, quæ nullam efficiant excommunicationis sententiam: cum eadem sit ratio

secun.

Secundum Ioan. Andrean. Domi. 2. col. & Franc. col. 5. in dict. cap. solet. & est Communis Opinio, vt fatetur Abb. in cap. Apostolica. de exception. col. penultim. vnde dicens, excommunicationis sententiam nullam, & petens absolutionem hanc ad cautelam, non tenetur in specie causam nullitatis exponere: quemadmodum notant Domi. & Franc. col. 5. in d. c. solet. fensit Rota in antiquis 60. quod si excommunicatus allegauerit iurisdictionis defectum in iudice ordinario ratione exemptionis: non est ita facile danda absolutio ad cautelam, nisi prius exemptio aliqua ex parte probetur, saltem semiplena probatione, ne iudici ordinario passim illusio fiat, tenent Innoc. Domin. & Franc. col. 5. in dict. cap. solet. Rota in nouis. 308. & in antiquis, 116. attamen licet tempore, quo petitur absolutio ad cautelam, non sit necessarium causam nullitatis exprimere, oportet tamen eam in specie nominare, vt detur absolutio: quod Francus notat, & constat: quia nullitatis causa in vniuersum est aliquo modo probanda, vt detur absolutio hæc ad cautelam, saltem quoties allegatur appellationem præcessisse: debet enim summarie cognosci, an appellatio excommunicationem præcesserit: licet non sit necessaria iustificatio appellationis, secundum Abb. in d. c. per tuas. isto tit. Ioan. Andr. 2. col. Franc. 5. post alios in d. c. solet. & Felin in c. Apostolica. penult. col. de except. text. ad idem optim. in d. c. venerabilibus. §. de off. caus. & §. vltim. vbi est text. ad hoc elegans, nec enim est absolutio ista ad cautelam temere concedenda: imo præmitti debet cognitio illius causæ, quæ ab excommunicato allegatur, vt nulla sit excommunicatio: præsertim vbi dicitur, excommunicationem latam fuisse post appellationem: nec sufficit ad effectum absolutionis ad cautelam, quod vnus testis testimonio probetur appellationem præcessisse ipsam excommunicationem: vt notat Agid. à Bellamera in decis. 91. nec iuramentum ipsius appellantis, nisi eo casu, quo iudex excommunicator asseuerat se non credere appellationem præcessisse excommunicationem, & tamen paratum esse dare absolutionem, si ita fit, quod post appellationem excommunicauerit, sic notat Felin. in d. c. Apostolica. n. 19. de excep. post Agid. à Bellam. decis. 386.

Sane quoties appellatio ab interlocutoria fuerit interposita, & per appellatorem petatur apud iudicem, ad quem absolutio ad cautelam, erit probandum plene, quod appellatio excommunicationem præcesserit: licet nondum constet ipsius appellationis iustificatio. quod apparet in dict. cap. venerabilibus. §. vltimo. & est communis opinio: quod si appellatum sit à sententia diffinitiuâ: tunc excommunicatus allegans excommunicationem nullam, quia præcesserit appellatio, non tenetur hoc plene probare ad obtinendam absolutionem ad cautelam: siquidem ad ipsam excommunicationis nullitatem sufficeret hæc plena probatio, sed erit satis, quod summarie, & semiplene probetur, appellatorem præcessisse, & idem arbitror, vbi tractetur de quacunque alia causa nullitatis, ex cuius ratione petatur absolutio ad cautelam, atque ideo quod diximus de exemptione, minime erit speciale, sed plane ordinarium.

Secundo est inquirendum, quis possit ad cautelam absolute: & Romanus Pontifex in d. cap. solet. hanc absolutionem responderi dari posse à superiore ipsius excommunicatoris, ad quæ delata est causa controuersia per appellationem. Poterit tamen ipsemet excommunicator absolute ad cautelam, secundum Hostiens. Ioann. Andr. & alios in dict. cap. per tuas. Dominic. & Franc. in dict. cap. solet. col. 2. quod non licebit alicui iudici, etiam iurisdictionem habenti ordinariam, nisi sit ipsemet excommunicator, eiusque superior, cogniturus de appellationis causa: vt ipse Domin. col. 5. & Franc. 3. in specie adnotarunt. qua ratione hoc erit omnino obseruandum ad intellectum gl. in c. cum ab ecclesiis prelati. de offic. ordin. cuius in hoc §. paulo ante meminimus.

Iudex vero delegatus, etsi sit datus à principe ad appellationis cognitionem & decisionem, non poterit absolute ad cautelam. hæc enim absolutio extraordinaria est, & gratia quadam sedis Apostolicæ inducta. c. per tuas. ist. titul. igitur non est cuiuscunque iudici permittenda, nisi à iure sit in specie permissa. nam absolutio simplex ab excommunicatione competit delegato: quia tunc excommunicatio non dicitur nulla. at vbi excommunicatus allegat, excommunicationem nullam esse, iure ordinario absolutio danda non est, nisi prius constet, excommunicationem nullam esse. idcirco cum absolutio ad cautelam sit extraordinaria, & à iuris Pontificii regulis aliena, permittaque

ex gratia: non videtur alicui iudici data potestas eam concedendi. atque ita hanc opinionem veram esse opinatur gloss. in d. c. solet. verb. per superiorem. Ioan. Andr. Domin. Franc. & Doct. ibi. Deci. in c. praterea. num. 6. de offic. delegat. & ibi Felin. col. penult. idem Felin. in c. causam que nu. 6. & in c. cum dilecti. col. 10. de rescri. idem in c. 1. nu. 11. vi lit. non contestat. l. asin. l. 2. col. 2. & ibi Deci. ac Curt. Iunior. col. 1. §. iurisdic. omni. iudi. quorum Opinio Communis est, contraria tamen potius placet Arch. in d. c. solet. Abb. & Deci. in c. ad presentiam. de appell. per text. inibi. cui respicietur iudicem delegatum, cuius in eo capit. mentio fit, habuisse specialem commissionem à Romano Pontifice absoluenti ad cautelam & tamen hæc posterior opinio vni & praxi recepta est, quo ad iudices delegatos extra Romanam curiam de causa cognoscens: licet datus in Romana curia, vt intra eam cognoscat, de causa, speciali indigeat commissione ad absolutionem ad cautelam adhuc ex communi vni: quemadmodum Rota tradit in antiquis. 810. & sequens. Felin. in cap. veniens. de testib. col. penult. vnde secluso communi iudice, prior sententia verior est, & magis communis quam extendit Oldrad. consil. 145. ac Felin. in d. c. veniens. in 2. vlt. col. vt iudex delegatus possit absolute ad cautelam excommunicationem ad effectum dicendi testimonium. Quo in casu ipse potius contrarium tenerem, maxime vbi res non ita bene per alios testes probari possent: argum. sext. in c. praterea. de offic. delegat. & in d. l. 2. ff. de iurisdic. omni. iudic. sic etenim Ioan. Mo-nachus in d. c. solet. tenet, iudicem delegatum posse absolute ad cautelam testes sibi productos ad effectum dicendi testimonium.

Tertio considerandum est, non posse impediri hanc absolutionem ad cautelam ex contradictione aduersarij, nisi is dixerit, excommunicationem latam propter manifestam offensam, quod probare debet intra octo dies, & eo probato non est absoluentis excommunicatus, nisi prius realem satisfactionem præmiserit, text. sing. in d. c. solet. satis tamen erit ad impediendam absolutionem istam, quod manifesta offensam proponatur, & obiciatur in ipsis interrogatoris articulis: nec est necessarium, quod expressim libello speciali exceptionis hæc manifesta offensam in iudicium deducatur: quemadmodum docet Rota in nouis. 326. ita rem istam explicans. idem probat Felin. in dict. ca. Apostolica. de excep. num. 17. ipsi autem octo dies currunt, & labuntur continue à momento ad momentum ab ipso die, quo iudex receptæ objectionem manifestæ offensæ, absque alia speciali huius dilationis assignatione: quod notant Domi. & Franc. in d. c. solet. & Rota in nouis. 208.

Hæc tandem prænotare libuit de excommunicationis viribus, vinculo, & effectibus, deque eius absolutione, ad huius rubricæ & cap. quod statim sumus exposituri, aperturam cognitionem: multa tamen omisimus, quod vel ea curque facile obuia sint, vel nos breuitati operam dantes ipsa præterierimus: quæ diligens lector pro sui ingenij captu poterit inquirere, ac mente reponere.

SECUNDA HVIVS RELE- CTIONIS PARS. C. BONIFACIUS OCTAVVS.

Alma mater Ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat, & consule, quæ suadente subiectorum vtilitate, postmodum consultius, ac rationabilibus venocat, in meliusve commutat.

EX HVIVS CAP. INITIO.

De mutatione legum.

SVMMARIA.

- 1 Alma substantiue & adiectiue, quid significet
- 2 Lex qualis esse debeat: Mutatio, & correctio veterum legum iustissima est
- 3 Eadem lex humana non omnibus communis, aut cuiuslibet rationis.

Almam hoc in loco summus Pōtēfex appellat Ecclesiā sanctam inquam. Alma etenim Hebræa dictio est. & item Latina, auctore Diuo Hieronymo in Esaias cap. 7. quo in loco adnotauit, Tapud Hebræos Almam dici virginē nō quamcunque, sed absconditā, ac secretā, quæ nusquam virorum p-